INV. RÉSERVE
F 412

ARETIVS
DE
CRIMIN

1358


Ex Bibliothecâ
B·FAUJAS·
demeuve f

~~F. 11 1335.~~

99

XVe s. 1358

~~F. 164~~

F. 96.
B. b.

M. de la V.

XV· SIÈCLE SUPP 20 22

Angeli de Aretio legū doctoris tractatus de criminibus· ſeu
de maleficijs/ incipit feliciter·

Prologus;

Sepenumero mecū animo repetenti veriſſimū illud
ſtoicorū videri ſolet· Quecūqꝫ a natura ipſa genita
eſſent/ omnia ad vſum hoīm genita eſſe· hoīes aūt
etiā hominū cā eſſe procreatos/ vt ſibiinuicē q̈cunqꝫ
ratione poſſent auxilio forēt· Proinde q̈ꝫtum quiſqꝫ
ingenio/ q̈ꝫtum opere et labore cōſequi poſſet/ tantū in cōmunione
hominū cōferendū eſſe Itaqꝫ cū eſſem rogatus a pluribus iuris
ciuilis ſtudioſis/ et qui in eo adminiſtrañ · verſari cū dignitate cu-
perent/ vt de inquiredis puniendiſqꝫ criminibus conſcribā·quo fa
cilius ea ⁊ rectius diiudicare/ et iuſtis penis emēdare poſſent· Nō
ingenio fretus/ ſꝫ eorū precibus/ et eo ꝙ dixi nature inſtituto addu
ctus mīme in hoc a me illis officiū meum denegādū putaui/ p̄ſer
tim recta cupiētibus et iuſta petētibus· Quare cū in hoc de vita
et hominū moribus agat̃/ que inter mortalia potiſſima ſunt/ colle
ctis multoꝝ doctoꝝ ſentētijs atqꝫ opiniōibus veris/ et coīter vſita
tis/ decreui eas in libellū cōficere· Nec ex meipſo q̈cq̈ꝫ niſi breues
notulas aliquas addere Satis enim mihi viſum eſt ad ſimilitu
dinē doctiſſimi papiniani iuriſconſulti/ ſi ea q̄ ab illis doctiſſimis
viris ſummo labore cōqueſita, ac litteris prodita eſſent ita diſpo-
nerē et ordinarē/ vt eorum inueſtigatio et preceptio facilior vide-
ret̃· Quadere cū in inclito ac in vrbe famoſiſſimo ſtudio bono-
nieñ· iura ciuilia legerē/ ego Angelus de gambilionibus de aretio
minimus inter legū doctores/ id opus aggreſſus ſum/ breuiqꝫ tēpe
pſolui· Quod ſpectabilibus dn̄is rectoribus/ necnō excellentiſſimis
doctoribus ⁊ ſcholaribus bononie cōmorātibus aſſigno· q̊dqꝫ ōniū
iudicio corrigēdū atqꝫ emēdandū credo· Tu igit̃ lector/ velim
ipſum nō detrahendi aut vituperādi ſtudio/ ſed amore impulſus
diligēter legas·et ſi quid in eo/ aut inconditū/ aut parū pfecte ſcri
ptū inueneris/ id tua doctrina impleas· et q̊d minus ꝓ iuris eq̇ta
te dictū videat̃/ prudēter corrigas atqꝫ emendes ·Si quid aūt ex
ipſo fructus et vtilitatis capies/ īmortali deo et ſummis illis do-
ctoribus q̊ ea nobis ſcripta reliquerūt/ gratias agas;
Huius autē liberculi tractatus ordo erit· Primo nāqꝫ loco tex-
tus ponet̃ inquiſitio cum totali proceſſu· Demum loco interp̄tatio
nis ac declarationis dicti textus/ gloſas neceſſarias ac vtiles ſub-
ijciam;

BIBLIOTHEQUE ROYALE

982

BIBLIOTHÈQUE MAZARINE
26.200
ÉCHANGE

HEc eſt inq̄ſitio q̄ fit et fieri intēdit̄ ꝑ dn̄m ticiū de fauo hono-
rabilē poteſtatē bonoñ. necnō ꝑ dn̄m ſabbā eius iudicē male
ficiorum et cuiuſqꝫ eoꝝ mero officio arbitrio, auctoritate, poteſta-
te atqꝫ bailia, et ad q̄relā infraſcripti ticij, nec nō ad denūtiationē
Johannis ambroſij miniſtralis capelle ſancti Petronij contra et
aduerſus Caium ſempronij de nobilibus de monte oliueto capelle
ſancti baſilij de bononia homicidā. et Andream marci lanificem
capelle ſancti Baſilij de bonoñ. auxiliatorem. et ſempronium, ra-
dulphi barbitonſorem florenſem de florentia. mandatorem in eo
de eo et ſuper eo ꝙ fama publica precedēte et clamoroſa inſinua
tione referente. non quidem a maliuolis et ſuſpectis, ſed ab hone-
ſtis et veridicis hoībus et perſonis nō ſemel tm̄. ſed ſepe et ſepius
ad aures et noticiam dicti domini poteſtatis iudicis et curie etiā
per modum notorij auditu peruenit. Quod de āno preſenti et mē
ſe octobris dictus ſempronius exiſtens florentie in hoſpitio leonis
cui coheret a p̊ma, platea coīs, ab alia, bona domini Andronij et
alia commiſit et mandauit dicto Caio ꝙ ticium iohānis martini
de bononia capelle ſancti ſaluatoris in ciuitate bononeñ. vulnera-
ret. et ad hoc colloquium et tractatum qualiter hoc fieri poſſet. in
dicto hoſpicio ad inuicem habuerūt. Deinde dictus Caius de āno
preſenti et mēſe nouembris in feſto omnium ſanctorum de nocte
vt dictum mandatum exequi valeret. armatus vno ſtocho ferreo
ſciēter, doloſe, et appenſate in ciuitate bononieñ. moueñ. ſe de loco
ad locum fecit inſultum contra dictum Ticium in platea cōmuni
in ſcalis ſancti petronij. cui ab vno dicta eccleſia ſancti petronij. et
ab alio platea coīs adheret latere. et contra dictū Ticium verba
iniurioſa dicēdo videlꝫ. Adultere. che ai adulterato vna dona e
ai tradito la toa patria falſario incēdario inuētore di mali dadio
tu non poy ſcampare. e io te ne pagero. Et ipſum ticiū per pānos
ſiue capucium capiendo dictum ſtochum quem habebat ad latus
euaginauit. et ipſum adminauit contra dictum Ticium. ⁊ ipſum
percuſſit et vulnerauit vna percuſſione et vulnere in pectore ex q̄
ſanguis exiuit. et etiā ipſum ꝑcuſſit vna alia percuſſione et vulne-
re in facie ſuper ſupercilio ſiniſtro cum ſanguinis effuſione. et fra-
ctura oſſis ex qua cicatrix et ſignum perpetuum erat remanſurū.
et non contentus predictis dictum Ticium pluribus et pluribus ꝑ-
cuſſionibus et vulneribus percuſſit ⁊ vulnerauit in dextro brachio
ex quibus membrum predictum remanet ei debilitatum. Et di-
ctus Ticius ſeipſum defendendo percuſſit dictum Caium cum
vno cutello in manu dextra ex qua ſanguis exiuit. Demum ex

interuallo dictus ticius ex dictis vulneribus mortuus fuit et eſt. Et vt uotũ ſuum iniquũ dictus Caius adimpleret / veſtẽ celeſtrẽ fode ratã de agnellinis dicti Ticij ualoris et cõmunis extimationis flo- renoꝝ decem abſtulit / et de loco ad locũ contrectãdo quo uoluit / aſ portauit. Et ut dictus Caius omnia p̄dicta abilius cõmittere poſ- ſet / dictus andreas armatus quadã enſe de ferro quẽ habebat / ad latus dicto maleficio ſemper aſtetit. Et p̄dicta et quodlibet pre- dictorum facta, commiſſa, et perpetrata fuerunt per dictos inqui ſitos et quẽlibet eorum ſingula ſingulis referẽdo ſup̄dictis modis locis et tẽporibus contra volũtatẽ dicti Ticii et cõtra formã iuris et ſtatutoꝝ cõmunis bonoñ. ¶ Super quibus omnibus et ſingulis emergẽtibus, cõtingẽtibus, ãnexis depẽdentibus ab eis, ac prorſus extraneis dictus dominus poteſtas et iudex et quilibet eoꝝ ex cu- iuſcunq; ipſoꝝ mero officio ſecũdũ formã ſtatutoꝝ dicte ciuitatis inq̄rere et procedere intẽdũt. et dictos inq̄ſitos et quemlibet eorũ reptos culpabiles punire et cõdemnare intendunt ſecundũ formã iuris et ſtatutorum bonoñ;

¶ Die xxiiij. nouembris ſupradicti anni. M.cccc.xxxvij.

¶ Incohoata, facta, et formata fuit dicta inq̄ſitio per dictũ dñm poteſtatẽ et eius iudicẽ et quẽlibet ipſorum vel alterũ ipſorũ ad eorũ ſolitũ banchũ iuris maleficioꝝ ꝓ tribunali ſedẽteſ. ex ipſorũ et cuiuſcũq; ipſoꝝ mero officio arbitrio auctoritate poteſtate atq; bailia; ¶ Die xxv. nouembris.

¶ Qui dñs iudex vt ſup̄ pro tribunali ſedens cõmiſit. N. publico et iurato nuncio ꝙ copiã dicte inquiſitionis portet. et dimittat ad cameram actoꝝ cõmuniũ bonoñ;

¶ Dicta die.

¶ Qui publicus nuncius retulit ſe dictã copiam portaſſe et dimi ſiſſe prout habuit in mãdatis;

¶ Die xxvj. nouẽbris.

¶ Dominus iudex vt ſupra pro tribunali ſedens cõmiſit. N. pu. et iurato nuncio ꝙ citet et requirat dictos. C. et An. et quẽlibet ip- ſoꝝ inquiſitoꝝ et eiſdẽ ſceculam ꝯtinentem totũ tenorẽ dicte inq̄ ſitionis ſecũ portet. et eis dimittat tota die. Qui nicolaus pu. et iuratus nuncius predictus retulit ſe dictos inquiſitos ⁊ quẽlibet eorũ q̄a ipſos perſonaliter repire nõ potuit / citaſſe domi eorum et cuiuſcunq; ipſoꝝ ſolite habitatiõis ⁊c̃. et omnia alia feciſſe dixiſ- ſe que habuit a dicto dño iudice et cõmiſſore in mandatis ⁊c̃.

¶ Die xxvij. dicti menſis.

¶ Qui dominus iudex ut ſupra ꝓ tribunali ſedẽs, qm̄ eſſet cõtra

BIBLIOTHEQUE MAZARINE

formā ſtatutorū vel q2 nō eſſet verū ꝙ cicatrix ſit perpetuo reman ſura· vel q2 non fuit de nocte dicta verba in inqſitiōe appoſita· viz cicatrix eſt ſignū perpetuū remanſurū · vel de nocte ademit et detraxit· et huius detractōis copiā ad cameram portari iuſſit· et impoſuit dicto· N· publico nūcio ꝙ ad illā detractionē dictos inquiſitos et quēlibet eorū citet ſollēniter cū ſcedula cōtinēte dictam detractionē et ademptionem;

¶Dicta die·

¶Qui· N· nūcius retulit ſe copiam dicte detractiōis in camera actorū cōmuniū dimiſiſſe et ſupra dictos inquiſitos et q̄libet eorū cū dicta ſcedula ſe citaſſe domi;

¶Die vij· decembris;

¶Qui dn̄s iudex vidēs et cognoſcēs dictos inqſitos nō cōparuiſſe et eſſe cōtumaces et in eorū cōtumacia pſeuerātes, cōmiſit· S· publico bannitori dicti cōmunis vt dictos inqſitos et quēlibet eorum banniat in florenis cētū, p pena vel in tanta pecuniarū quantitate ⁊c̄· et eiſdem aſſignet terminum octo dierū ad cōparendū· et ſe defendēdum a dicto banno et inqſitione et contētis in eis vel alio ipſorū·

¶Dicta die·

¶Qui ſeruus preco retulit ſe ita bāniſſe preconiſaſſe, et in banno poſuiſſe ⁊c̄· et alia feciſſe vt habuit in cōmiſſione et mandato ⁊c̄·

¶Die xiiij· decēbris·

¶Qui inquiſiti cōparuerūt corā dicto iudice, et rn̄dēdo dicte inqſitiōi aut totū negauerūt· aut totum cōfitent̄· aut ptē negauerunt et ptē cōfeſſi ſunt ⁊c̄· aut in eorū cōtumacia perſeuerauerūt· et omnia iſta vt appareant et ſcribi faciant in actis ⁊c̄·

¶Dicta die·

¶Qui iudex fecit ſibi dare licētiā poſſe pcedi vſq3 ad ſentētiam diffinitiuā incluſiue a dictis inqſitis cōparētibus ⁊c̄·

¶Qui iudex dictos inqſitos et quēlibet eorum monuit ſingulis diebus et horis ⁊c̄·

Qui inqſiti et q̄libet eorū pmiſerūt ſtare, parere, et pati omnem condēnationem· pro q̄bus omnibus et quolibet eorū ⁊c̄· Antonius thome capelle ſancti antonij de bononia fideiuſſit;

¶Quibus inqſitis et cuilibet eorū dictus iudex ſtatuit terminū decē dierū ad faciendum ſuas defēſiōes ⁊c̄·

Qui dn̄s iudex dictū· C· retineri et incarcerari fecit et iuſſit ⁊c̄·

¶Die xv· decēbris·

¶Cōparuerūt dicti inquiſiti et q̄libet eorum in territorio defenſionis· et pro eorum defēſione produxerunt inſtrumentum pacis et

alia que ſunt in filza. et infra ſcriptos teſtes quos petijt citari et examinari ꝛc.

¶Die ij. Januarij.

¶Qui iudex ad ꝓbationē ſue inqſitiōis et ꝓceſſus produxit īfra ſcriptos teſtes q̄s examinauit ꝛc. facta prius citatiōe de dc̄is inq̄ſitis ad vidēdū iurare teſtes ꝛc.

¶Die v. Januarij.

¶Qui iudex publicauit dictū proceſſum ꝛc. Qui dn̄s iudex ſtatuit terminū quatuor dierum ad cōparendū et opponendū contra dictum proceſſum.

¶Die viij. ianuarij.

¶Cōparēt dicti inqſiti et opponūt contra proceſſum et teſtes prout eſt in filza. ¶Die xij. ianuarij.

¶Qui iudex impoſuit. S. publico bānitori ꝙ banniat ad cōciliū generale pro ſententijs in criminalibus ferēdis.
Dicta die etiā retulit ſe banniſſe ꝛc.

¶In dei noīe Amen. Hec eſt quedā ſententia condēnatoria corporalis et partim pecuniaria ꝛc. lata per dominū. T. de fauo poteſtatē bononie ꝛc. de conſenſu omniū ſuorū iudicū ꝛc. ſub examine dn̄i Sabbe iudicis maleficiorū ꝛc.

¶Nos. T. ptās p̄dictus pro tribunali ſedēs ad noſtrū ſolitū banchū iuris maleficiorū ꝛc. ſaluo ſemꝑ et reſeruato ꝛc. et qꝛ nobis conſtat ꝛc. Semproniū in libris tricētis bonon̄. ꝛc. dandis et ſoluēdis camerario ꝛc. quas ſi nō ſoluerit infra decē dies/ ſoluat cū q̄rto pluri admiſſo ſibi beneficio ꝓpt̄ ꝯfeſſionē actus. et ſic deducta ſibi quarta pte et etiā deducta alia q̄nta pte per inſtrumētū pacis ꝛc. Andreā in mille libris bononien̄. q̄s ſi nō ſoluerit ı̄ x. dies manus dextra ſibi amputet̄ ꝛc. Caiū ꝙ duci debeat per loca publica et conſueta vſqꝫ ad locū iuſticie. et ibi caput a ſpatulis amputet̄. ita et taliter ꝙ moriat̄ ꝛc. Et eius bona publicamus ꝛc. p̄ntibus . T. d. g. et. J. Ciuibus ꝛc. preſente dicto Caio et appellante/ q̄ dominus poteſtas et dictus eius iudex maleficiorum et quilibet eoꝝ viſis et intellectis predictis et viſa forma ſtatutorū bonon̄. appellationē dicti Caij. non admiſerūt. imo vt friuole et cōtra vl̄ p̄ter formā iuris et ſtatutorū bonon̄. nō detulerūt. Quinimo nō obſtāte dicta aſſerta appellatiōe mandauerūt. A. militi ſuo ꝙ dictā executionē corpalē faciat ꝓut habuit in ꝯmiſſiōe et mādato. Qui. An. miles dicta die de corpali p̄dc̄a executiōe fidē fecit ꝑ pu. inſtrm̄.

¶Hec eſt quedam inq̄ſitio.) ¶Ego tenebo hūc ordinem quoniā

ego fretus auctoritate·bar·in·extrauagāti ad reprimēdam expo nam unumquodqꝫ uerbum ſubſtātiale·et clauſulas dicti proceſſus quid importet·et q̄re ita practicet̄·et ſuper vnoquoqꝫ uerbo faciā gloſas/formabo queſtiones/et caſus quotidianos ponendo deciſiue dicta doctorum·Et notandum ꝙ ideo dicit̄·hec eſt quedam inq̄ſitio ad differētiā accuſatiōis que nō fit ex mero officio iudicis! ſed ad partis accuſantis petitionem·ut·l·reſcripto·§·Si quis accuſatione·ff·de muti·et ho·et·l·qui accuſare·ff·de accu·et dicam infra in glo·ſuper uerbo necnon ad querelam· ¶ Et etiam dicit̄ inquiſitio ad differentiā denuntiatiōis que fit ad relationē et denūtiationem officialis/de quo in·l·diuus·et ibi bar·ff·de cuſto·et exhibito·reo·et cy·bal· et ſali·in·l·eaſdem·C·de accu· et infra dicam in uerbo nec nō ad denuntiationem ⁊c̄·De his tribus habet̄ ī textu et ibi bar·in extrauaganti ad reprimenda· in uerbo per accuſationē denuntiationem et inquiſitionem· ¶ Aduertas tamen ꝙ magis dicit̄ fauorabilis inquiſitio ad reprimēdū delicta q̄ꝫ accuſatio Unde multa ſtatuunt̄ in fauorem inquiſitionis! que nō extēdunt̄ ad accuſationem·ut colligit̄ ex textu et glo·in·c·fidei·de hereticis in vi·et ut ait ang·in·l·ſi uacantia·C de bo·vacantibus li·decimo· in v̄· ſumus expediti de hac·l· ⁊c̄· ¶ Anteqꝫ ponamus quid ſit inquiſitio! neceſſe eſt primo ſciri quotuplex eſt inquiſitio·vt vnicuiqꝫ ponamus ſuam diffinitionem·Et inquiſitio eſt duplex· vna generalis alia ſpecialis· ¶ Item generalis diuiditur in quatuor ſpecies· vna eſt cum preſes inquirit generaliter quo ad delicta et quo ad perſonas vt cum inquirit an in ſuo territorio aliqui ſunt pena digni·vt·l·cōgruit·ff·de offi·pre· ¶ Et iſti hodie ſuccedit illud bannum generale contra omnem male conditionis et fame ⁊c̄· quod poteſtas facit fieri in introitu ſui officii p loca publica et cōſueta quod nota vt infra dicam in iſtamet gloſa·in v̄·ex quo dico tu iudex ⁊c̄·Et ita dicit butriga in dicta·l·congruit· et ſali·in·l· ea quidem·C· de accu· in v̄·ſed quia propter denuntiationem ⁊c̄· circa prin·licet angelus dicat contrarium in dicta·le·ſi vacan· Et iſta ſic diffinit̄ videlicꝫ/ Inquiſitio eſt ius procedendi per officium vel inueſtigationem iudicis inquirētis in territorio omnis facinoroſe perſone pena digne·facit q̄d notat inno·extra de elec·ca·bone· ¶ Alia inquiſitio eſt generalis quo ad perſonas·ſpecialis q̄ ad delicta·vt cum delictum notorium ſit! ſed ignorat̄ malefactor· vt·l·iiij·§·ſi tibi iudicium·ff·de condi·obtur·cauſam·l·iiij·§·mandatum·ff·ad·l·iull'·pecul· ¶ Et iſta ſic diffinitur·Q̄d eſt ius per officium procedendi ad inueſtigandum perſonam que maleficiū

iam reptũ cõmiſerit. ¶ Tertia eſt inq̃ſitio generalis quo ad deli-
cta ·ſpecialis vero q̃ ad perſonas vt eſt illa quã facit viſitator ec-
cleſie cõtra exiſtẽtes in eccl'a ad inueſtigandũ et puniẽdũ crimen
per aliquẽ eor̃ cõmiſſum ·de qua in ·c· per inquiſitionẽ· de accu· vl'
cũ ſindicus poteſtatis contra poteſtatẽ et eius familiam gñaliter
inquirit de delictis Et ſic ſindicus ex inquiſitiõe ſua etiã generali
poſſet damnare poteſtatem et eius familiam poſtea repertã cul
pabilẽ de aliquo delicto· ¶ Jtẽ eſt quarta ſpecies inquiſitiõis ge-
neralis cõtra perſonas de ciuitate vt cũ inquirit̃ de aliquo malefi
cio ↄtra aliquã ciuitatẽ et eius hoĩes· de qua in·l·aliud·§·referẽte
·ff· de re· iur̃· ¶ Et iſte due vltime ſic diffiniunt̃· q̄ eſt ius q̃ddam
per officium ꝓcedendi ad cõdemnationẽ· et puniẽdũ facinoroſos
hoĩes de territorio inq̃rẽtis de aliquo crimine nõ a maliuolis dif-
famatos· Et hoc etiã eſt de mẽte ſali· licet per alia verba in di-
cta·l· ea quidẽ ·v̉· ſed qꝛ ꝓpter denuntiationẽ deuenimus ad inqui
ſitionẽ ⁊c̃· ¶ Alia eſt inquiſitio ſpecialis de q̃ loquit̃ iſte proceſſus·
ſpecialis dico quo ad delicta et quo ad ꝑſonas· que põt ſic diffini-
ri· viꝫ q̄ eſt ius q̃ddã p̱ officiũ ꝓcedẽdi ad accuſationẽ ↄdẽnationẽ
et punitionẽ cõtra inquiſitos noĩatim de delictis certis diffamatoſ·
¶ Jſta ſunt in effectu verba bar· in·l·ij·§·ſi publico·ff de adul'· in
·v̉· ꝓ declarãda glo· habemus ⁊ c̃ Et ang· in·l·ſi vacan· de bo· va·
·v̉· ſimus expediti de hac·l· ⁊ c̃· Et vide circa huiuſmodi diffinitio
nis· bal· in·l· ea quidẽ· C· de· accu· ·v̉· circa q̃d his premiſſis ⁊ c̃· q̃ in
effectu idẽ ponit· ¶ Secũdo p̃ncipaliter eſt videdũ in q̃bus caſi-
bus poteſt de iure inquiri· glo· et dy· et cõiter ãtiqui dicũt q̄ de re-
gulariter ⁊ de iure nõ eſt ꝑmiſſa ſpecialis inquiſitio· fallit in ſeptẽ
caſibus quos glo· enumerat in·l·ij·§·ſi· publico· ff· de adul· et bar·
ſm̃ nicho· de ma· in die·§·ſi publico· ·v̉· do g̃ regulam· ponit quinq̄
regulas ex q̃bus põt inquiri· Prima ad denũtiationem officialis
vt dicta·l· diuus· et ibi bar· C· de cuſto· et exhi· reo· Secũda qñ in-
cidenter de delicto cognoſcit· vt·l·j· C· ſi aduerſus liber· Tertia qñ
ꝓcedit generalis inquiſitio· poſtea ſpecial'r inq̃ri põt· vt·l· cõgruit
·ff· de offi· p̃ſi· Quarta qñ crimẽ committit̃ corã eo vt·l· nullũ· C·
de teſti· Quinta ꝓpter inhumanitatẽ criminis vt·l·ſi q̃s in hoc ge
nus· C· de epi· ·et cle· Et ſic q̃tiẽs põt ꝓcedi ſine metu calũnie· tunc
poteſt ꝓcedi p̱ inquiſitionẽ· Sed ang· in dicta·l·ſi vacantia· ·v̉· ve-
nio ad ſecundũ articulũ principalem ⁊c̃· damnat illam opinionẽ·
quia non eſt verum q̄ quotiens poteſt procedi ſine metu calumnie

ꝙ dicto caſu ſemꝑ poſſit inq̇ri· q2 fama licet falſa excuſat a p̄ſum
pta calūnia· vt· l· fi· ff· de here· inſtitu· Et tn̄ nō poteſt inq̇ri de ōni
crimine de quo rumoꝛ et fama pꝛecedit· et ibi late per eū facit· l·
iiij· in pꝛin· et q̊d ibi nota· ff· de ſuſpe· tu· et quod no· di· in· l· fi· e· ti·
q2 requirit̄ inſcriptio et accuſatio calumnie ad hoc vt ꝓcedi poſſit
vt ibi nota· ¶ Itē in crimīe ſuſpecti tutoꝛis poteſt ad inq̇ſitionē ꝓ
cedi· vt· l· iij· §· ſuſpectis· ff· de ſuſpe· tu· et tn̄ hoc nō eſt ſ᷑m rgl'as
bar· videlicet nō ad denūciationē officialis· nō ꝑ incidētē cognitio
nē, nō ob gnālē inq̇ſitionē, nec ꝓpter criminis atrocitatē, nō ꝓpter
offēſam iudicis· igit̄ ꝛc̄· Vn̄ ibi ang· in ver· q̇d dicen̄· et iſtud ē dif
ficile ꝛc̄· dicit ꝙ inquiſitio poteſt foꝛmari aut ad p̄uatā vtilitatē·
aut ad publicā· Ad priuatā pꝛincipal'r nō inquirit̄ regl'ariter· q̇a
quādo tractat̄ de priuata vtilitate/ debet fieri ad ꝑtis petitionē·
vt· l· iiij· §· hoc aūt· ff· de dam· infec· Fallit in crimine ſuſpecti tu
toꝛis· vt· l· j· et· l· in dationē· §· pꝛetoꝛ· ff· de ſuſpe· tut· ¶ Secūdo cir
ca dationē tutoꝛis q̇ dari pōt ex officio nemine petēte· vt· l· creden
dum· ff· qui pe· tu· ¶ Tertio inquiſitoꝛ ad vtilitatē p̄uatā inquirit
ad videndū cuius patrimoniū ſit minutū vt releuet̄ a cenſu· vt· l·
fi· ff· de cenſi· ¶ Quarto pꝛetoꝛ inquirit ad vtilitatē pꝛiuatā con
tra executoꝛes publicos ne interim tributis et alijs vexationibus ī
iuſte vexent̄· vt in auten· de man pꝛin· §· cogis· ¶ Quinto epiſco
pus contra vſurarios inquirit vt vſuras pꝛiuatas reſtituant· vt in
· c· ad noſtrā· de iureiur̄· Sali· in· l· ea quidē· de accu· C· ver· ſed q̇a
ꝓpter denunciationes ꝛc̄· dicit etiā ꝙ fallit in· l· quotiēs· C· de nau
fra· li· xii°· et his caſibus exceptis nō poteſt inquiri ad pꝛiuatā vti
litatē· ¶ Secundo caſu pꝛincipali ad publicā vtilitatē diſtingue·
aut reſpicit principaliter vtilitatē publicā pecuniarū· et poteſt in
quiri· vt dicta· l· ſi vacātia· aut reſpicit cauſas crimīales· et in hoc
dat ibi ang· iiij· regulas· tres affirmatiuas et vnā negatiuā· Affir
matiue ſunt· Primo ꝙ vbicūq3 crimē eſt tale/ ꝙ accuſando iure ſol
lemnitas aliqua relaxet̄/ de crimine poteſt inq̇ri· vt· l· ea quidem·
et· l· j· §· denūciatoꝛes· ff· ad· turpill'· ĩRatio quare ad denūciationē
officialis pōt inquiri eſt/ quia ex hoc crimine infert̄ notoꝛiū· ſed in
notoꝛijs ꝓcedit̄ nulla iuris ſollēnitate ſeruata· l· j· C· qui et aduer·
quos· et· c· veſtra· et ibi inno· et alij· de coha· cle· et muli· ¶ Secun
da rgl'a eſt/ ꝙ vbicunq3 crimē committit̄ coā iudice, ita ꝙ offē
dat̄ ꝑſona vel iudicis maieſtas/ de eo pōt inq̇ri· vt dicta· le· nullū·
C· de teſti· et· l· iubemus· et ibi plene ꝑ baldū· C· de ꝓbati· ¶ Ter
tia regula eſt/ ꝙ ubicunq3 crimē eſt de atrocibus fama publica p̄-

cedēte a fide dignis de eo pōt inquiri·l·iij·§·mādatis·ff·ad·l·iul·
pecul·Et rō eſt q2 in his atrocibus ſollēnitas iuris relaxat·vt·l·ꝓ
uinciarū·C·de fer·ergo ratiōe ꝑdicta pōt per inquiſitionē ꝓcedi·
Et ſi velles ſcire q̄ ſunt crimina atrocia·colligit ex notatis in·l·a-
deo·et·l·oībus·ff·de re·iur·et·l·liber homo·ff·ad·l·acq̄l·et de mi-
no·l·auxilium·§·in delictis et in autē·de mā·pn·§·deniqꝫ homici
das·et in auten·de nup·§·denūciatiōes·Ex q̇bus legibus poteris
ꝯphendē in q̇bus caſibus pt ꝑ inquiſitionem ꝓcedi·Et ꝙ ꝓp² īhu
manitatē crimīs poſſit inq̇ri·ꝓbat in·l·ſi q̇s in h̄ genus·C·de epi·
et cle·¶Rofre·ſup materia inq̇ſitiōis in p̉ma rubrica·et ſpe·ī ti·
de inq̇ſi·§·ij·addūt alios caſus ſpeciales·ſ·in cā leſe maieſ·vt·l·ij·
et iij·C·ad·l·iul·maie·Itē in cā hēſis vt·l·apoſtā·C·de apoſtatis·
Itē qn̄ vnus ſocius noīat alios·nā dc̄o eius nō credit·rl'arit·l·fi·C·
de ac·tn̄ ex hoc ſolo iudex pt inq̇rere·l·j·§·ſi q̇s vicio·ff·de q̄ſti·
Itē qn̄ accuſatore a reo corrupto abſolutiōꝫ reus īpetraſſe dr·vt·l·
abolitio·C·de aboli·¶Itē qn̄ dn̄s a familia dr occiſus·nec ꝯſtat a
q̊·pt inq̇ri ſumēdo q̄ſtionē a familia·l·j·in pn·ff·ad ſille·¶Itē in
caſu·l·q̊ties·C·de ſubmerſ·li·xij·ꝺm vnā lecturā·Itē qn̄ iudex ex
inq̇ſitiōe gn̄ali inq̇rit aliquē de certo crimīe diffamatū·nā tūc iu-
dex ad ſpecialē et ſollēnē inq̇ſitionē ſup illo delicto ꝓcedē pt ꝯtra
illū·l·iiij·§·j·ff·ad·l·iul·pecul·Et eſt rō ne inq̇ſitio generalis repi-
at fruſtratorie fc̄a et q2 ānō ſub diſſimulatiōe iudicis trāſire nō
pt cū illū diffamatū rſpiciat decliuē·C·de offi·rc̄o·ꝓ·l·iuſtiſſimas
Ita di·ſali·in·l·ea q̇dē·in·v̊·ſꝫ q2 ꝓpt denūciatiōes deuenimus ⁊c̄·
et in·v̊·ē et alia ſpecies q̄ dixi ſollēnitas ⁊c̄·Ex q̊ nō ꝙ videt velle
id q̊d vult bar·in·d·§·ſi publi·in·v̊·tertia rl'a ē ⁊c̄·licꝫ ang·teneat
ꝯtrariū in·d·l·ſi vacā·in·v̊·venio ad ꝺm articulū ⁊c̄·et vbi nō ob·
ꝙ inq̇ſitio gn̄alis ⁊c̄·ſꝫ melior eſt opi·bar·ſali·¶Ex q̊ dc̄o tu iu-
dex ſume cautelā ꝙ in p̉nci·tui regimīs facias fieri bānū ad pur-
gandū ꝓuīcias malis hoībus·ml'tū latū vt ꝯphēdat homicidas,
ꝓditores,ſacrilegos,blaſphematores,fures,raptores,adulteros,
falſarios,icēdarios,et oēs hoīes male ꝯditōis ⁊ fame·Et ſubdas
poſt ſpecificā·clauſulā gn̄alē et cōtra omnē ꝑſonā q̄ aliq̇d fecerit
vl' dixerit ꝯtra formā iuris et ſtatutorū bonon̄·nā in oībus caſibuſ
expſſis in tl'i inq̇ſitiōe gn̄ali vl' et in ſil'ibus expſſis poterit poſtea
inq̇ri ſpecialit licꝫ alias de iure ī illo caſu ſpeciali n̄ potuiſſꝫ inq̇ri·
faciūt nōta in·l·ſꝫ et ſi q̇s·§·q̄ſitū·ff·ſi q̊ cau·et cle·fi·de ꝓcu·cū fil'i
q̊d ꝑpetuo nota·¶Ultima rl'a negatiua eſt rl'aris·qm̄ regulari-
ter ſine accuſatore nemo pōt ꝯdēnari vt·l·reſcripto·§·ſi q̇s accuſa
torē·et ibi glo·ff·de mu·et ho·Sali·aūt in·d·l·ea q̇dē·in dicto·v̊·

ſʒ q꜡ ꝓpt̃ denũtiatiões ⁊c̃.et ibi.ſʒ mihi videt̃ ꝙ p̃dictoꝝ ꝯcluſio
nõ ſit lege vl̃ rõne ⁊c̃.nõ tenet opi.bar. Alia rõne q꜡ nõ ſequit̃ ac
cuſatoꝛ accuſat ſine metu calũnie.g̊ ⁊ iudex.q꜡ ſũt ſepata.l.papi
nianus.ff.de mino.et accuſatoꝛ nõ admittit̃ ſine metu p̃ſumpte ca
lũnie.g̊ nec iudex pt̃ inq̃rere. Preterea eoꝝ verba potius ꝓbant ꝙ
iudex põt ſp inq̃rere ſic q̊s accuſare.ſʒ nõ tenet̃ de p̃ſumpta calũ
nia.q꜡ accuſatoꝛ nõ tenet̃.et ecõtra tenet̃.q꜡ accuſatoꝛ tenet̃.uñ ipe
tenet glo.aliter tñ intelligẽdo q̃ꝫ intelligat bar. ¶ Et ideo cũ q̄rit̃
an facultas inq̃rẽdi de iure ſit ꝑmiſſa ad publicã vtilitatẽ,et vin
dictã. Aut q̄rit̃ an ſit ꝑmiſſa hec ⁊c̃.vt ſit ſenſus an de q̊libet cri-
mine poſſit inq̃ri. Et dicit ꝙ ſic quicq̊d ſenſerit glo. Quod ꝓbat
p̊mo.q꜡ accuſatio de q̊libet crimine ẽ ꝑmiſſa. g̊ inq̃ſitio q̄ ſuccedit
eius loco.ff.de iure pa.l.contra patronũ.§.j.extra de ſymo.c.licet
heli.et ſic ad eũdẽ effectũ ne maleficia remaneãt impunita. Se
cundo q꜡ inq̃ſitio gñalis fit ad effectũ deſcẽdẽdi ad ſpecialẽ vt.l.
iiij.§.j.ff.ad.l.iul̃.pecul̃.g̊ bñ ſequit̃ ꝙ in ſpeciali de q̊libʒ delicto
põt inquiri.iux̃ illud gñale.ꝓpt̃ vnũquodqꝫ tale.et illud magis.vt
in autẽ.multomagis.C.ſacroſanct.eccle.et huic rõni dicit nõ poſ-
ſe p̃ſtan bonã rñſionẽ. Vñ dicit aut q̄rit̃ an iudex ex inq̃ſitiõe ſpe
ciali poſſit cõtra certã ꝑſonã ꝓcedere nullo alio p̄ãbulo p̄cedente
ꝓpter q̊d poſſet cõſtare iudici vere vl̃ p̃ſumptiue p̃ſumptiõe legi-
tima de qua cõſtaret illã ꝑſonã delictũ ꝑpetraſſe.et dico ꝙ non.et
ita intelligit̃ opinio glo. Et põt eſſe rõ vt iudiciũ malignitas re-
frenet̃.vt.l.ij.in fi.ff.de cuſto.et exh.reo. Si vero p̄ambulo legitti
mo p̄cedẽte ꝓpter q̊d apparet iudici vere vel p̃ſumptiue iſtã ꝑſo-
nã id delictũ perpetraſſe.dicit ꝙ iudex cõtra illã ꝑſonã põt inqui
ſitionẽ ſpecialem facere. Pro cuius declaratione cũ canoniſtis dat
talem concluſionẽ.ꝙ vbi clamoꝛ validus ꝑuenit ad aures iudicis.
ꝙ eius ſubditus diffamatus ſit de aliq̊ delicto.iudex põt ꝯtra illũ
inq̃rere.de quo eſt textus clarus in dicto.c.q̃liter.in p̊n.ꝓbat̃.C.de
offi.recto.ꝓ.l.iij.et ex eo ꝙ cõtra diffamationẽ inquiſitione gñali
iudex deſcẽdit ad ſpecialem.l.iiij.ff.ad.l.iul̃.pecul̃. Et eſt ratio
q꜡ tale delictũ non põt amplius ſub diſſimulatiõe tranſire.nec iu-
dex debet indiſcuſſum ius reipub.et maxime qñ ſcandalũ vel pi-
culũ poſſet oriri.ut in d.c.q̃liter.dũmõ clamoꝛ iſte ꝑſeueret ut.d.l.
iuſtiſſimos.et.c.qualiter.ita ꝙ proueniat ab honeſtis ꝑſonis et nõ
a maledicis. ¶ Itẽ ꝙ ſit a pluribus et ſit verũ ab vno et nõ ſemel
tm̃ ſʒ ſepe.et ſepius et talis clamoꝛ debet eſſe cũ diffamatione.et
iõ iudex de tali diffamatiõe et a vicinis et aliis notis debet inueſti
gare.et poſtea inq̃ſitionẽ ſuã foꝛmare. vbi autẽ talis clamoꝛ ceſ.

ſaret. nō poteſt inq̄ſitionē ſuā ſpecialiter formare niſi talis pſona
vere vel iuris preſumptione de tali crimine eſſet ſuſpecta. et ſic iu
dici preambulum ſibi conſtaret viꝫ talē tale delictum commiſiſſe
vt in inquiſitiōe gn̄ali repiat̄ deliquiſſe. ¶ Itē et qn̄ iudex cogno
ſcit de delicto incidenter. Et eſt ratio. qꝛ de his ſatis ſibi cōſtat vt
iudici. ideo nō pt̄ ſub diſſimulatione trāſire. et reip. ius indiſcuſſū
relinquere. Et h̄ etiā patꝫ p alios caſus numeratos p glo. in dicto
. §. publico. ¶ Itē ꝓbat in eo q̄ accuſationē inſtituit. et nō probauit
qꝛ p̄ſumit̄ calūniaſſe vt. l. q̄ nō ꝓbaſſe. C. de calū. et iō qꝛ ꝯſtat ſibi
vt iudici. pt̄ de calūnia cōtra eū inq̄ri vt. l. j. e. ti. Sed his ceſſanti-
bus iudex nō pt̄ inq̄rere et ſic loq̄t̄ opinio glo. et dicit ſali. in dicta
. l. ea quidē. qd̄ nota ppetuo. ¶ Tertio p̄ncipaliter eſt vidēdū qui
iudices poſſunt p viā inq̄ſitiōis ꝓcedere. Diſtingue. aut ē cā meri
impij p̄ncipaliter, aut incidenter, aut eſt cā mere pecuinaria. Si
eſt cā meri impij p̄ncipaliter. tunc ſolus iudex habēs merū impiū
pt̄ illud facere et nō alius. nec regulariter pt̄ delegare vt. l. j. ff. de
offi. eius cui man. eſt iur̄. et. l. impium. ff. de iur̄. o. iu. Si autē cauſa
meri īperii incidit et̄ in cā mere ciuili ꝛ pecuniaria. tūc q̄libet iu-
dex corā q̄ criminalis cā incidit. pt̄ de eo cognoſcere. vt d. l. nullū
cū ſi. Et eſt rō. qꝛ rōne incidētis cognitōis cā meri impij eſt deuolu
ta ad ſuā iuriſdictionē. vt. l. q̄tiēs. C. de iudi. ita dicit ang. in dicta
. l. ſi vacātia. in v̄. vidimus mō q̄ iudices de q̄rto p̄ncipali articulo
ꝛc. ¶ Secūdo caſu qn̄ eſt cā mere pecuniaria et ciuilis ſpectās ad
publicā vtilitatē. et in h̄ ang. in dicta. l. ſi vacā. in v̄. vidimus mō
qui iudices poſſunt inquirere ꝛ c̄. dicit. ꝙ omnis iudex ad cuius no
ticiā factā ſpectat. talis cognitio poteſt in illa cā p inq̄ſitionē pro
cedere. vt eſt textus in. d. l. ſi vacantia. et in. l. ſi quis inter. cum ſi.
¶ Quarto p̄ncipaliter q̄ro q̄t ſunt nec̄aria ꝓ ſubſtātia inq̄ſitionis
Reſpōdeo ꝙ quinqꝫ. Primo ex pte iudicis inquirentis ꝙ ſit iudex
cōpetēs. alias nō valeret qd̄ ageret. C. ſi a non cōpe. iudi. p totum
¶ Secūdo requirit̄ ex pte rei ꝯtra quē inq̄rit̄ viꝫ ꝙ ſit ſuppoſitus
iuriſdictiōi inquirētis q̄ ad illū articulū. aut rōe loci vel delicti vt
. l. j. C. vbi de cri. agi op. alias nō poſſet cōtra eū de crimīe inquire
re. vt in. c. ſi diligēti. de fo cōpe. ¶ Tertio req̄rit̄ ex pte cauſe deq̄
inq̄rit̄ ꝙ ſit ſufficiēs qꝛ non ſup omni crimīe de iure ciuili pt̄ inq̄ri
vt ſup̄ dictū ē. qd̄ tn̄ intellige vt ſup̄ dixi ſm̄ ſali. ¶ Quarto req̄-
rit̄ ex pte cē incidētis in inq̄ſitionem. qꝛ req̄rit̄ ꝙ fama publica a
fide dignis p̄cedat. et nō ſemel ſꝫ ſepius. et ſit tāta ꝙ generet ſcā
dalū. et ſine piculo celari nō poſſet vt in. c. j. et. c. q̄lit̄ et qn̄. et. c. cū
oporteat. et. c. ad petitionē. de ac. ita d. ang. ī dc̄a. l. ſi. vacā. in v̄ h̄

vero articulo ⁊c̃· et ſi iſta diffamatio nõ p̃cedat/ inq̄ſitio nõ ꝓcedet·
Fallit in plꝰibus caſibus· et maxĩe qñ reus ẽ pñs et nõ opponit· q̇a
tũc etiã ſine diffamatiõe ꝓcedet inq̄ſitio· vt in· c· ij· de accu· in· vj·
Itẽ fallit in inq̄ſitiõe gnãli ꝯtra caput et mẽbra· et in· c· j· de offi·
ordi· et ſic ſindicus p̃tatis q̇ inquirit ꝯtra p̃tatẽ· et ſit caput· et eiuſ
officiales· et ſic mẽbra pt̃ inq̇rere etiã nõ p̃cedẽte diffamatiõe·
Tertio fallit qñ ad denũciationẽ officialiũ ꝓcedit̃· vt· l· ea q̇dẽ· C
de accu· ¶ Quarto fallit qñ inq̇rit de mero officio· et nõ ad poſtu
lationẽ vel q̄relã alicuius· vt· d· c· j· de off· ordi· ¶ Quinto qñ iudex
inq̇rit ex nccitate ſui officij· vel vbi v̇tit̃ p̄iculũ aĩaꝝ· ut no· in· c· ad
nrãm· de iuriur̃· Vñ ſi ſtatuto cauet̃ ꝙ p̃tãs inq̄rat de tali delicto
et ſi nõ fecerit penã ſibi ĩponit/ tc̃ de tali crimĩe pt̃ inq̇rere et̃ dif-
famatõne nõ p̃cedẽte· al's poſſet inq̇rere ſi vellet· Sꝫ ſi nõ artat̃ a
ſtatuto/ tũc rglarit̃ req̄rit̃ ꝙ diffamatio p̃cedat niſi in caſibus ſup̄
dc̃is· vt in· c· qlr· et in· c· inq̄ſitõis· de accu· ita dic̃· ang· in· d· l· ſi uacã
tia· in v̇· de hoc v̇o arti· et in v̇· fallit vbi inq̇rit̃ ⁊c̃· ¶ Sexto p̀nci-
palr requirit̃ ex p̄te forme inq̇ſitiõis· q2 ſi nõ habet debitã formã
nõ tenet· vt in· d· c· qlr· et· c· inq̄ſitõe· fa· l· j· § j· ff· ſi me· fal· mo· dix·
ita dicit ang· in· d· l· ſi vacãtia· in v̇· dixi etiã ꝙ requirit̃· et iſta for-
ma ẽ q2 requirit̃ ꝙ p̄s p̀mo citet̃· ut no· ang· in· d· l· ſi uacãtia· in p̀n
ar· in cle· paſtoral· de re iudi· Scd̀o ꝙ apponat̃ locus et tp̄ſ· ſicut in
accuſatõe· l· libelloꝝ· ff· de accu· qm̃ iudex inquirẽs ſuccedit in locũ
accuſatoris· p̄terq̄ꝫ in ſubſcriptiõe ad penã talionis· q2 nõ debet ſe
ſubſcribere· ita dic̃· bar· in· d· § ſi publico· v̇· q̄ro vtrũ in inq̇ſitõe de
beat apponi annus· et in v̇· vnũ q̄ro vtrũ in inquiſitõne iudex ⁊c̃· et
ang· in· d· l· ſi vacãtia· in v̇· itẽ q̄ro an in inq̇ſitõe debeat apponi lo-
cus· et v̇· itẽ q̄ro an iudex teneat̃ ad penã talionis ⁊c̃· et ſali· in· d· l·
ea q̇dẽ· v̇· ſꝫ ſi p̄ denũciationẽ· Et licꝫ in libello ciuili ſit nccãria cõ
cluſio vt no· in· l· j· ff· de edẽ/ tñ in libello crimĩali accuſatorio vel in
q̇ſitorio ẽ nccãria ꝯcluſio· q2 ius ꝯcludit ad penã ſine iudice· vt· l· j·
ff· ad turpill· vt voluit bal· in· l· edita· C· de edẽdo· Sed de ꝯſuetu
dine accuſator ꝯcludit dũ petit eũ puniri ſᵐ formã iuris et ſtatu
toꝝ· et iudex inq̄rẽs ꝯcludit apponẽdo clauſulã illã/ ſup̄ q̇bus oĩbuſ
et ſing· ⁊c̃· ita dicit bar· in· d· § ſi publico· v̇· tertio q̄ro vtrũ inquiſi-
tio ⁊c̃· et ang· in· d· l· ſi vacãtia· in v̇· itẽ q̄ro an inq̇ſitio debeat ꝯtine
re ꝯcluſionẽ ⁊c̃· requirit̃ tñ ꝙ fiat in ſcriptis ſicut libellus ordinari-
us in ciuili fit in ſcriptis· vt in autẽ· offerat̃· C· de litis ꝯteſt· et ꝙ a-
pud acta regiſtret̃· ita dicit azo in ſumma· in auten· de exhi· re· in
§ ſancimus· in fi· glo· magne· Et ita tenet ang· in· d· l· ſi vacantia·
in· v̇· itẽ q̄ro an qñ fit inq̇ſitio fieri debeat libellus· · Requirit̃ etiã

ꝙ anteq̄ȝ fiat inquiſitio reus interrogetᷣ ſuꝑ eo q̊d cõtinget inqui
ri/alias ſi p̊mo formaretᷣ inquiſitio et poſtea interrogaretᷣ/ non va
leret vt in·c·q̄liter·§·debet igitᷣ·de accu· Sȝ ang·in·d·l·ſi vacã·in
·v̊· ꝓceditᷣ aũt in inquiſitiõe ordine ⁊c̄·dicit ꝙ de cõſuetudine hoc
nõ ſeruatᷣ·qꝛ ĩmo ſꝑ ante fit inquiſitio·et poſtea interrogatᷣ· Sed
dc̄m ang· ꝓcedit qn̄ formatᷣ inquiſitio reo abſente· Si atᷣ eſt pñs
et informatᷣ officialis/ tũc ſꝑ officialis diligẽter et cũ tortura inter
roget reũ in camera pluries·et bñ videat ſuꝑ q̄ formare inq̊ſitio
nẽ debeat· et poſt eius interrogationẽ formet inquiſitionẽ· ſed nõ
eſt nc̄c̄e ꝙ ſuꝑ inquiſitiõe lis ɔteſtetᷣ· qꝛ hic non eſt actor g̊ nõ ẽ da
re cõteſtationẽ·Licȝ tñ nõ fiat litis ɔteſtatio/tñ debet fieri ꝑ iudi
cẽ interrogatio et ꝑ reũ rn̄ſio·vt͞ꝫ patebit in glo· ſuꝑ verbo cõſti-
tutus ⁊c̄·§·rn̄det ⁊c̄· Et maxime cũ in aliquibus caſibus abſens
poſſit de iure dãnari·vt·l·iiij·ff·de ſicca·et ex forma ſtatutoꝝ cõitᷣ
cõtra abſentes ꝓceditᷣ/ergo nõ põt lis cõteſtari· Jta dicit ange·in
·d·l·ſi vacã·in·v̊·Jtẽ q̄ro an in cã inquiſitiõis debeat lis conteſtari
Et p̄dc̄a oĩa ꝓcedũt in crimĩbus grauibus· qꝛ iſte ſollẽnitates re
quiruntᷣ·ſȝ in caſibus leuibus ſollẽnitas iuris/vł ſtatutorũ in mõ ꝓ
cedẽdi et ɔdẽnandi nõ req̊ritᷣ·ar·in autẽ·niſi breuiores· C·de ſen·
ex·ꝑi·reci·puta ſi q̊s repertus fuerit ad ludũ haſardi vł cũ armis
vł de nocte·Si pena eſt pecuniaria et parua/tũc in his nõ req̊ritᷣ
ordo iuris et ſtatutorũ nec req̊ritᷣ ꝙ formetᷣ proceſſus/ſed ſufficit ꝙ
fiat mãdatũ ſibi ꝙ ſoluat penã· etiã ſi ſtatuto caueatᷣ ꝙ de omni
delicto iudex teneatᷣ facere proceſſum·qꝛ intelligitᷣ in delictis gra
uibus/nõ aũt in huiuſmodi leuibus· Jta elegãter dicit bar·in·l·le
uia·circa fi·ff·de accu· Et ne poſſes errare q̄ crimina dicuntᷣ leuia
vide ꝑ bar·in·d·l·leuia·et plenius per eundẽ bar·in·l· nõ ſolũ·§·ſi
mandato·ff·de in iuř·v̊·ſed huius gratia quero ⁊c̄·

¶ Quinto p̊ncipaliter q̄ro ex q̊bus cauſis inq̊ſitio poſſit ĩpugnari
Rñ̊ ꝙ ſꝑ põt impugnari qn̄ deficit aliq̊d de natura vł ſubſtantia
nc̄cariũ ipſius inquiſitionis·et hoc eſt regulare in omni actu vt ex
tali defectu ſemper poſſit ĩpugnari·vt·l·cũ hi·§·ſi p̄tor·ff·de trãſ·
ac·Jta dicit ang·in·d·l·ſi vacã·in·v̊·de tertio articulo p̊ncipaliter
⁊c̄·Sed ſali·in·d·l·ea q̊dẽ·in·v̊·ſȝ qꝛ ꝓpter denũciationẽ·et in·v̊·
quarto q̄ro de exceptiõe dilatoria ⁊c̄·altius exordiẽdo cõcludit ꝙ
q̄dã ſunt exceptiões reſpiciẽtes permiſſionẽ inq̊rẽdi/q̄dã perſonã
iudicis cõcernẽtes/q̄dã eius q̄litatẽ et officiũ attẽdẽtes·Excepti-
ones ad ꝑmiſſionẽ inq̊rẽdi pertinẽtes et reſpiciẽtes ĩdiſtincte pñt
opponi·puta nõ ẽ tali ꝑmiſſum de hoc crimĩe inq̊rere·et ꝓcedit ex
ceptio·attẽto ꝙ de oĩ delicto non põt inq̊ri· alias ſecus/pro q̊ facit

qꝛ ſufficit dare inſtantiā·i·q·i·ſic̃ urgeri·et eſt tex·cū glo·in·l·credi
toꝛi·ff·de no·o·nū·uel qꝛ n̄ pōt inq̄ri ↄtra me qꝛ nō ſum diffamatꝰ
nec ad aliq̄d ↄtra me ꝓcedi pt̃ in·d·c·qualr̃·Et iſto caſu habebit
iudex de hoc p̄ambulo cognoſcere·alias nō poterit ad ulterioꝛa ꝓ-
cedere ut·l·non ignoꝛat·C·qui ac·non poſ·Secūdo mō pt̃ opponere
exceptiōes tēdētes contra perſonā iudicis· ut quia ſunt inimicitie
capitales ut eſt glo·in·c·qualiter·ij·extra de accu·⁊·h̄ habebit op
ponēs pꝛobare·Et aduerte ſm̄ bar·in·l·ij·§ ſi publico·ff·de adul·
in v̄·q̄rit̃ utrū cōtra iudicē ⁊ c̄·ubi dicit ꝙ regulariter omnis exce-
ptio q̄ opponit̃ cōtra accuſatoꝛē/ pt̃ opponi cōtra iudicē·excepto eo
qd̄ concerneret·qꝛ eſt ingr̄atus·allegat de elec·c·diuerſis ut puta
ꝙ nō ſit magiſtratuſ·ul̕ ꝙ habeat plures uno ſemel inq̄ſitoſ·iſtud
nō pt̃ opponi·ar·l·cū hi·§·j·ff·de condi·inde·Jta dicit ſali·in dicto
loco·ſi autē opponeret exceptionē incōpetētie rōe iuriſdictionis ca
rētie et pt̃ opponi·C·ſi a nō cōpe·iudi·l·j·Jtem pt̃ opponi ꝙ iſte iu-
dex nō pt̃ declarare inquiſitionē obſcurā·et eius uerba quā foꝛma
uit eius p̄deceſſoꝛ·Jta dicit bar·in·l·inter ſtipulantē·§·j·in ultima
colūna·v̄·Jdē puto in iudice inq̄rente·ff·de uer·ob·Quedā ſunt
exceptiōes reſpiciētes ꝑſonā offēſi ut qꝛ eſt malpagus q̄ ex foꝛma
ſtatuti non eſt audiēdus/nec in ciuili/nec in criminali·Et ſi oppono
tu iudex nō potes inq̄rere reipublice noīe cū ipſe offēſus nō poſſet·
Et iſtā queſtionē foꝛmat iaco·et bar·in·l·nō ſolū·§·quemq̄ꝫ·ff·de
iniur̄·ubi iaco·tenet ꝙ tal̕ exceptio pt̃ opponi·ut dicto·§ quēq̄ꝫ·Jn
cōtrariū allegat bar·§·uſq̄ꝫ adeo·e·ti·Et plus nō dicit ſali·ī dicto
loco allegat cōtra iaco·glo·adiūctam cum textu·in·l·falſus·ff·de
falſa·❡Qua ꝓpter diſtiguit·aut uerba ſtatuti ſunt in rē ſcripta
ut de iniur̄ illatis in malpagū ius nō reddat̃·et tūc ꝓcedit opinio
iaco·ꝓ quo facit dictus·§·quēq̄ꝫ·v̄·ſinaūt cū liberto·nā ubi uxoꝛ et
maritus erāt affecti et pꝛohibiti agere iniuriarū·qꝛ illatoꝛ iniurie
patronus erat utriuſq̄ꝫ· aut uerba ſtatuti non ſunt in rē ſcripta ut
malpagus nō audiat̃·uel malpago ius nō reddat̃·et tunc aut uer
ba aliq̄ p̄cedūt·aut ſequunt̃ in ſtatuto ꝑ q̄ iniurie malpago illate
ſunt ꝑmiſſe·⁊ tūc etiā iudex inq̄rere nō pt̃·qꝛ īiuria eſt īpunibilis·
et ad hoc facit dictus·§·quēq̄ꝫ·in ver·ego puto·et ſic inq̄ſitio eſſet
fruſtratoꝛia ꝰ ꝓhibēda ut·l·nō cogēdū·§·ſabinus·ff·de ꝓcur̄·Jtē
alia rōe qꝛ īiurie inferēde in malpagū cōſentit reſpu·et ſibi ad in
iuriā nō ꝓuocat·iō noīe ipſius inq̄ri non pt̃·ut·d·l·j·§·uſq̄ꝫ adeo·in
fi·ſic nec pr̄ ibi ageret ſi cōſenſiſſet uindc̄e facte de filio·Et ꝓ hoc
faciūt leges in glo·ibi allegate·Aut talia ſunt uerba ꝑ q̄ apparet
ꝙ malpago a ſtatuto nō ſint iniurie ꝑmiſſe·et tūc licet malpagus

nō debeat audiri vł eidē ius reddi: tñ respublica de iniuria ei illa ta potent pprio noīe cōgri et iō reipublice noīe de vulnere illato in malpagū poterit iudex inqrere vt d. §. vsqz adeo nec ad h' discor dat dictus § queq3 imo ↄfirmat nā p iniuria nō leui illata patro no liberte pmittit marito liberte pprio noīe expiri ⁊ c. vt ibi in pn. et in fi. et p hoc accedat glo. in dca l. falsus et p dca dra an vba sint scripta in rē vł in psonā facit lex hec verba ff. de adulte. ⁊ l. aut q̄ aliter § fi. ff. q̄d vi aut clā quod nota de qua actione etiam vide p pe. de ancho. in cle. i. de seqſ. posses. et fruc. Ang. aūt in dca l. si vacantia v. Itē iuxta pdicta qro pusine ciuitatis ⁊ c. Similit cōcludit q qñ statutū facit maleficiū licitū puta qz dicit nō solues collectas: possit impune offēdi et eidē ius in aliq̄ cā reddi non de beat: tūc de maleficio cōmisso sicut nō pt p accusationē pcedi: ita nec p inqsitionē qz factū fuit licitū g nullomō pt puniri et ille est casus in dicto § queq3 Si vero statutū nō facit maleficiū licitum sed tm̄ denegat audiētiā iniuriā passo qz statutū dicit q nō soluē ti collectas non reddat ius: tūc aut redditio iuris denegat ppetuo vt in questione pposita: et tūc vera est opinio ia. bu. q nec p inqsiti onem pcedi pt vt l. filius § veteranus ff. de pcur. Nec obstat glo. in l. qrelam C. de fal. vbi post xx. annos falsi querela ppetuo dene gat et tñ inquiri pt qz illa glo. fm ang. nō dicit verū et est contra di. § veteranus ⁊ ita dicit bar. dicētē i scolis audiuisse. Aut reddi tio iuris denegat ad tps: puta qz statutū di. q nō soluēti collectas: ius nō reddat ad annū et tūc cū vba pprie sonet q ius nō reddat ad petitionē nō soluētis: ex mero officio pōt inqri et ita loqt glo. nobilis si diligēter inspiciat C. q̄ accu. nō pos. l. j. C. de calū. l. j.

Quero an inqsitus possit opponere exceptionē q de crimīe de q̄ inqrit ipse nouiter est accusatus et si sic superueniat accusator: an debeat silere inquisitio. dy. ponit in c. actus legittimi de re. iur. li. vj. cy. ponit in l. ea q̄dē in fi. C. de ac. bar. in l. iij. § fi. ff. de adult. post responsiones factas rōnibus q sic dicit q si inqsitio est forma ta ad petitionē vel qrelā vł ob neglīgētiā iniuriati: cessat accusa tio nec pt opponi talis exceptio vt l. ij. in fi. ff. de adul. Aut ista ces sant: et tunc si accusator psequit suā iniuriā quia tenet accusatio cōtra talem inquisitionem: potest inquisitus opponere vt dicto §. fi. et l. si cui § eisdē ff. de accu. Si vero nō psequit suā iniuriā: tunc de iure cōi pōt opponi talis exceptio qz accusatio vt remediū ordinariū prefert inqsitioni vt remedio extraordinario vt l. in p uinciali in principio ff. de no. o. nunci. nisi iudex comprehendat q animo colludendi hoc fiat vt l. ij. § fi. ff. de adulte. hodie autē cū

per ſtatutũ ꝑmittat̃ cõmuniter inq̃ri de omni crimine/ nõ pt̃ tolli
inquiſitio a tali exceptione· qꝛ vnũ oꝛdinariũ remediũ non tollit a
liud· Ange· aũt in dicta· l· ſi vacãtia· in· v̂· quero igit̃ an inq̃ſitio ſit
perueniens ⁊c̃· Si q̃s ſubtiliter inſpexerit/ in effectu videt̃ dicere
idem q̊d bar· Sali· aũt in dicta· l· ea quidẽ· in· v̂· ſed pꝛopter de-
nũciationes ⁊c̃· et in· v̂· quero cũ glo· an actus ⁊c̃· aliquãtulũ lati
us loquit̃· viꝫ an accuſatoꝛ ſuꝑuenit ante receptionẽ teſtiũ/ ſeu pꝛo
bationem aut poſt· Si ante aut negligẽtia põt imputari accuſa-
toꝛi/ et tũc non ceſſat inquiſitio ſꝫ repellit̃ accuſatoꝛ· vt· d· l· ij· in fi·
Et eſt ratio· qꝛ pꝛopter negligẽtiã ſe ſuſpectũ facit· et ſic lex ma-
gis cõfidit de iudice vt in quarta ratione cy· Aut accuſatoꝛi non
põt negligẽtia imputari/ tũc aut ꝓſequit̃ ſuam/ vel ſuoꝝ iniuriã
et tũc audit̃· et ceſſat inquiſitio· niſi diceret̃ iudici ꝙ animo calũni
andi et trãſigendi accuſatoꝛ venit· vt· d· l· ij· § fi· Et eſt ratio· qꝛ eo
colludẽte vl' deſiſtẽte iudex põt perficere· vt· l· ij· ff· de aboli· et· l·
ſi cui· § eiſdẽ· ff· de accu· et pꝛo tanto nõ debet deſiſtere a ſua inq̃ſi
tione vt in iiij· rõne cy· ¶ Aut ſuã vel ſuoꝛũ iniuriam non pꝛoſeq̃t̃
et nõ audit̃· et ſic inquiſitio non ceſſat· et iſto caſu inquiſitus nõ pt̃
exceptionẽ opponere· Ratio· qꝛ in pari cã melioꝛ eſt cõditio poſſi-
dẽtis ſi iudex inquirens cum accuſatoꝛe ꝯtẽdat· et iudex eſt quaſi
in poſſeſſione inquiſitiõis vel pꝛoceſſus· igit̃ ⁊c̃· ¶ Item p̃occupan
tis melioꝛ eſt cõditio· ff· de noxa· l· ſi quis a multis· Itẽ qꝛ in iudice
eſt maioꝛ ratio ꝙ pꝛoſequit̃ vindictã publicã offenſi· et cũ ſuo offi-
cio incumbat ꝓſpicere ne maleficia committant̃· foꝛtius vt ꝯmiſ-
ſa puniant̃· et ſic nõ ꝓpꝛio doloꝛe cõmotus/ credẽdũ eſt ꝙ ꝓſequat̃
fidelius nec accuſatoꝛ ſuũ perdet intentũ· qꝛ poteſt aſſiſtere iudici
et neceſſaria pꝛeparare· Quod ſi nõ fecerit/ ſatis ſuſpectũ ſe red-
det· Nec eſt inquiſitio remediũ extraoꝛdinariũ/ ſi teneas q̊d ſuꝑ
dixi· viꝫ ꝙ regulariter de omni crimine poſſit inquiri ad vindictã
publicã· tñ in caſu quo poſſit iudex inquirere cũ ſuccedat locũ ac-
cuſatoꝛis vt ſupꝛadictũ eſt· Itẽ eſt eligẽdus vt idoneioꝛ· l· ſi plures
· ff· de vi· et vi· ar· et· l· ſi plures· de accu· ¶ Tertio caſu pꝛincipali
qñ accuſatoꝛ venit qñ ꝓbatiões ſunt iã recepte in inq̃ſitiõe· et tũc
aut delictũ iã erat pꝛobatũ/ et ceſſat accuſatoꝛ· Si vero delictũ nõ
erat ꝓbatũ/ tũc auditur accuſatoꝛ ne p̃iudiciũ fiat accuſatoꝛi ab-
ſolutoꝛia lata ſuꝑ inquiſitione· et ſit ratio rationis ne delictum re-
maneat impunitum· ¶ Item ſi teneas ꝙ poſt pꝛeſentata teſtifi-
cata/ poteſt iudex de nouo recipe ad veritatem criminis eruendã
vt no· bar· in· l· j· in fi· ff· de queſtio· etiã poſt cõcluſionẽ cẽ· qꝛ iudex
põt teſtes accuſatoꝛis examinare abſqꝫ nouo pꝛoceſſu· ne differat̃

ſententia abſolutoria vl' cōdēnatoria. Et p̄dicta q̄n coram eodem iudice inquirēte fit accuſatio, ſed q̄n corā alio q̄ eſt paris poteſtatis: an iudex accuſatiōis poſſit obijcere iudici inq̄rēti ne ſuper inq̄ſitione procedat? dicit bar. in dicta. l. ij. de adulte. q̄ ſic. ar. q̄ ſic. l. ſepulchri. et quod ibi notat bar. ff. de ſepul. vio. q̄nimo. dicit q̄ cū ſua interſit poſſit ſuā iuriſdictionem tueri. vt. l. j. ff. ſi q̄s ius di. nō obtē. Pro hoc allegat. c. j. de offi. ordi. q̄d tu nota qui es inquiſitus vt iſto caſu facias q̄ ille iudex corā q̄ vertit̄ accuſatio notificet et ꝓteſtet̄ vt ſupra iudici inquirēti ⁊c. q̄d placet. viꝫ in caſibus in q̄bus accuſatio faceret ceſſare īquiſitionē. alias ſecus. Et aduerte q̄ bal. et ang. in. l. ſi ſeruus pluriū. §. ij. ff. de le. ij. dicit. q̄ ſi q̄s procurauit accuſari vt euitet inq̄ſitionē q̄ talis procuratio nō ſibi ꝓdeſt imo in inq̄ſitione ꝓcedit̄ per illū tex. ſed raph. ibi tenet contrariū per. l. at q̄ natura. §. cū me abſente cum ibi nota. ff. de nego. geſt. nec ob. ille. §. ij. q2 ibi ille textus conſiderauit vt videret̄ colludere vl' ꝓcurauit vt iniuſte deferet̄ fiſco. Ego aūt credo q̄ ſit mlt̄ū aduertēdū an iſta ꝓcuratio fiat aīo colludēdi vl' nō vt patꝫ p p̄dc̄a

¶ Quero an trāſactiōe interpoſita ſup crimine impediat̄ q̄n iudex poſſit inq̄rere vl' ſup īq̄ſitōe inchoata poſſit ꝓſeq̄? Notāt bar. et ia. in. l. trāſigere. C. de trāſac. et bar. in. l. ſi maritus. §. ſi nega-

¶ Quero an iudex inq̄rēs et nō ꝓbās inci- uerit. ff. de adulte. dat in turpilliā? Videt̄ tex. q̄ ſic. in. l. nam ad eos. ff. ad turpil. et tn̄ glo. et bar. ibi alit̄ intelligit. et dicit q̄ ſi inq̄rit ex neceſſitate officij vt. ſ. dixi q̄ ſit excuſatus a p̄ſumpta calūnia. vt no. bar. in. l. ij. §. ſi publico. ff. de adul. et etiā excuſat̄ ne incidat in turpillia. niſi ſit in euidēti calūnia. vt dicta. l. nā ad eos. §. j. q̄d bn̄ nota ⁊c.

¶ Quero an de delictis cōmiſſis p ſubditū rōe originis in alieno territorio: in territorio originis poſſit etiā p viā inq̄ſitiōis ꝓcedi? Odofre. et ia. de bel. in. l. j. C. vbi de cri. agi. op. tenet q̄ nō. q2 inq̄ſitio regularit̄ ē ꝓhibita. et ptinꝫ ad vindictā publi. ciuitas aūt originis nō offēdit̄. ſꝫ tra vbi ē cōmiſſum delictū. Idē tenet gaudinus Idē te. io. an. in addi. ſpe. ī ti. de ꝯpe. iudi. addi. §. j. Sꝫ cy. ibi te. cōtrariū. q2 inq̄rere ptinet ad ordinē ꝓceſſus. idō īſpicit̄ ordo loci iudicij. vt. l. ij. C. que ad. te. api. ⁊ ſic poterit inq̄rere de delicto cōmiſſo ī territorio alieno vt. l. ſi q̄s in h' genus. C. de epi. et cle. Et idem tenuit bar. in. l. j. C. de ſū. tri. et fi. ca. Subdit tn̄ q̄ pena dēt īponi ſcm ſtatuta loci delicti. nō ſcm ſtatuta loci inq̄ſitiōis. q̄d tn̄ nō placꝫ bal. in. d. l. j. C. de ſū. tri. et fi. c. ī. v̄. vlteri' q̄rit̄. et ī. v̄. poſito q̄ q̄s. vbi di. q̄ tutior ē opi. q̄ iudex origis poſſit inq̄rere. q2 obligaº ſeq̄t̄ delinquētē. nā noxa caput ſequit̄. merito pt̄ per ꝓpriū iudicē puniri. etiam inquirendo nō attenta q̄litate loci ſed pſone q̄ eſt affecta

ꝓpter delictum. ſic̃ ei offiⁱciũ ſuũ ex omni cauſa ciuili impartit̃:
ita in criminali cũ redigat̃ ad inſtar ciuilis in ꝓcedendo. vt. l. ab
ſen[illegible] ff. de peniſ. Et maxime qñ apponit̃ illa cl'a. ſup q̇bus oĩbus
et ſi[illegible] lis ⁊ c. vt dicit bar. in di. l. j. de ſum. tri. et fi. ca. de q̃ dicã⁊
in g[illegible] ꝑ verbo ſup q̇bus oĩbus ⁊c̃. et ita dic̃ ang. in. d. l. ſi vacã.
in g[illegible] incidẽter q̃ro de q̃one quã h° ãno vidi in ciuitate aretij ⁊c̃.
q̊d nota bñ. qꝛ cũ ſemel habuiſſẽ de facto vidi ꝯſiliũ ꝑitoꝝ viroꝝ
q̊ꝝ aliq̇ ſequebant̃ opi. odofre. et alioꝝ. Alij opi. cy. bal. et alioꝝ
Ego aũt ut poſſem delicta punire ſecutus ſum opi. cy. et ſeq̃ciũ.
❡ Quid ſi ſtatuto cauet̃ ꝙ in talibus caſibus p̃tas poſſit inq̇rere.
an ſi nõ inq̇rat teneat̃ de neglıgẽtia. Bal. in. l. gallus. ī ꝑn. d. ꝙ ſic
dic vt ibi ꝑ raph. et ĩno. et in effectu dc̃i doct. dicũt ꝙ cũ p̃tas tene
at̃ ex nccĩtate purgare ꝓuinciã malis hoĩbus. et nõ in rubrica. C.
de iur̃. o. iudi. et in. l. iij. et in. l. ꝯgruit. C. de offi. p̃ſi. nccãrio ſequit̃
ꝙ verbũ p̃t importat eãdẽ nccĩtatẽ. vt. d. l. gallus in ꝑn. et ꝑ cõſe
q̃ns ſi fuerit negligẽs tenet̃ ď neglıgẽtia. q̊d notãt doc. et maxĩe
bal. ⁊ ang. in. l. mãcipia. C. de ſer. fu. q̊d nota. Debet g̊ de delictis
inq̇rere. alias tenet̃ in ſindicatu ſi fuerit negligẽs. ſiue ſtatutũ di
cat ꝙ iudex de tali delicto debeat inq̇rere, ſiue ꝙ poſſit inq̇rere.
❡ Quero. aretinus ꝯmiſit delictũ in marchia et ibi de delicto cõ
uenit̃. An aretii poſſit de delicto ꝯueniri. Iſtã q̃onẽ format bar. ī
. l. ſepulchri. ff. de ſepl'. vio. et ibi ꝯcludit ꝙ ſi pẽdet ꝓceſſus ī mar
chia et ſit cõtumax et aretij velit opponere exceptionẽ de litis pẽ
dẽtia nõ poſſet. qꝛ nõ poſſet vti bñficio. l. vbi ceptũ. ff. de. iudi. Idẽ
no. bar. in. l. q̃ꝫuis. ff. de dam. infect. ❡ Et idem ſi in marchia fuit
cõdẽnatus, et tñ ille ſnĩe nõ paruit. et fuit ꝯtumax: tũc non p̃t vti
dicta ſnĩa in ſui fauorẽ. cũ nõ paruerit. in. l. euidẽter. ff. de excep.
rei iudi. Ideo p̃t in loco ſui originis cõueniri. et bar. ibi in fi. infert
unũ mirabile, ꝙ ſi in marchia eſt ꝯdẽnatuſ, et aretii etiã. et ſic in
loco originis ſit ꝯdẽnatus: ꝙ valet vtraqꝫ ꝯdẽnatio. et imputet ſi
bi q̇ non cõparuit in uno loco et dicte ſnĩe paruit et oppoſuit exce
ptionẽ litis pendẽ. in alio. ſicut diximus in ſil'i in eo q̇ ꝯdẽnat̃ dño
et ꝓcuratori. ut in. l. ſi ſuũ. § cũ aũt ff. re. ra. ha. q̊d vidi de facto
et ſic tã in marchia q̃ꝫ in aretio inuẽtus poterit de delicto puniri.
❡ Quero iudex inquirit de delicto de q̊ nõ p̃t inq̇ri: aut de iure.
aut de forma ſtatutoꝝ: an ex tali actu poſſit appellari. Iſtã q̊nẽ
format bal. in. l. ij. C. de epi. audi. in pnl'. colũ. et tenet ꝙ ſic. diſtin
guit tñ ſic. aut appellãs allegat cãm impediẽtẽ ꝓceſſum. et nõ au
dit̃ ꝑ iudicẽ. et tũc põt appellare. qꝛ grauat̃ litibus et ſumptibus
et etiã qꝛ ip̃m forte oporteret ſtare in carcere qď grauamẽ ñ põt
reꝑari. Aut ille p̃tẽdit cãm inimicitie. et nõ p̃t appellare, ſꝫ dꝫ ſe

purgare. vt. ff.

de publi·iudi·l·is qui reus·
¶ Quero an q̇s poſſit inq̇rere ꝯtra officialē ſuū delinquentē? Dic
aut deliq̇t in officio·et pōt·vt·l·ij·C·de ſpoꝛ·Si vͦo extra officiū! e
tunc ſi crimē nō eſſet notoꝛiū! nō pōt·qꝛ eſſet ſuſpectus· vt·l·ſena
et q̊d ibi glo·et bar·de off·p̄·Aut eſt notoꝛiū ita ꝙ iudex nō l
niſi punire·et tunc pōt vt·l·ſi q̇s foꝛte·§·ſi q̊s·et ibi bar·ff·de p
¶ Quero an iudex poſſit inq̇rere ꝯtra aliquē delinquētē in fami
liā ſuā? Iſtā q̄onē ponit cy·in·l·j·C·ne q̇s in ſua cā·et bar·in·d·§·
ſi q̊s·et cōcludūt ꝙ aut crimē eſt notoꝛiū·et tūc pt̄ ꝓcedere·qꝛ ceſ-
ſat cā ſuſpitionis·ar·l·ea quidē·C·de accu·Aut nō eſt notoꝛiū·et ſi
delictū ꝯmittit̄ circa officiū p̀ncipalit̄·et nō circa ꝑſonā officialis!
